

her suas dec. 359. & in speciebus hujus consuetudinis, ut locum habeat in vidua, adducebam auctoritatem Antonii de Alex. in Apofill. ad consuetud. quae moriens, vers. hac consuetud. fol. 194. & Freccie in alia apofill. ibid. vers. an ista consuetudo, fol. 195.

Deiunq. quoad tertium motivum consuetudinis non attendenda in bonis extra territorium, tunc illud intrare dicebam, quando ageretur de sola consuetudine in ratione auctoritativa, & fecus autem ubi accedit etiam ratio voluntatis partium, quae etiam non subditae voluerunt juxta illam contractere, tunc enim ex dicta ratione voluntatis veniunt etiam bona extra territorium, ut per Rovit. dec. 100. num. 6. ubi concordant. Ad quod comprobandum adducebam firmata per Rotam apud Merlin. dec. 447. alias, decif. 355. par. 5. recent. ubi quod testamentum factum ad formam Statuti alicujus loci capit etiam bona extra territorium, non in ratione auctoritativa ipsius Statuti, sed in ratione voluntatis. Et ulterius cum dispositio consuetudinis non esset circa bona, sed circa dotem, quae est juxta universale, ac nomen juris, ideo dicebam, quod indistincte veniant omnia sub tali universalitate comprehensa, ubicumque sint, ut in his terminis Franch. decif. 472. numer. 6. A. pont. de potest. Proreg. tit. de success. mulier. numer. 8. & de jure communi post Salsgald. & alios firmant Berous quest. 109. numer. 4. & Gabr. de Statut. conclus. 9. numer. 9. licet hoc fundamentum in Curia esset parum tutum, quoniam etiam in terminis consimilium Statuti disponens de dote, ut scilicet mulier de illa extra filios disponere non possit, Rota recepit hanc distinctionem inter bona intra, & extra territorium, ut liquet ex Urbev. tana coram Merlino, & Rojas inter utriusque impressas, nempe apud Merlin. decif. 828. & 832. & apud Rojas decif. 157. & habetur actum infra in Urbev. tana successione, decif. 106. Judex autem, qui in ista causa satis se iavolverat tam super hoc puncto consuetudinis in sorte principali, quam super altero fructuum ratione praescriptionis statutariae, vel praesumptae solutionis, post longam disputationem quodam fecit decretum, quod memoria non suggerit, neutri partium gratum, unde utraque appellavit, & commissa fuit causa in Rota; sed post diu neglectam prosecutionem concordia litem terminavit.

NEAPOLITANA SUCCESSIONIS, INTER FERDINANDUM CARACCIOLUM DUCEM AIROLAE,

ET ANTONIUM CAETANUM DUCEM LAURENZANAE, SEU ALIPHAE,

Discursus arbitrariis directis ad partes concordandas.

De consuetudine Neapolis quae incipit Si qua moriens disponente, ut mulier disponere non possit de dote nisi in decima parte, aliis novem filiis reservatis, an intelligatur solum de dispositionibus per ultimam voluntatem, vel etiam de dispositis per viam donationis, & quando haec dicatur inter vivos, vel causa mortis. Et aliqua ad materiam leg. fœmine Cod. de secundis nuptiis de matre binuba.

S U M M A R I U M,

- 1 Facti series.
- 2 De consuetudine Neapolis prohibente mulieri habenti filios disponere nisi de decima parte, ut verbum disponere, intelligatur per ultimam voluntatem.
- 3 Quando donatio dicatur causa mortis, vel inter vivos remissive.
- 4 Potest dari donatio inter vivos revocabilis.
- 5 Ubi actus inter vivos dicitur color questus, & factus in fraudem prohibe dispositionis, non attenditur in novem partibus per consuetudinem filiis reservatis.
- 6 Fili succedunt tanquam heredes matri obligati ad debita.
- 7 Ineliquis autem dicuntur habere naturam legitimam, & jusque jure quoad onera voluntaria regulantur.
- 8 Per donationem non prejudicatur legitime filiorum, sed bona donata ponuntur in calculo assis hereditarii.
- 9 De differentia inter hanc consuetudinem, & aliam

magis generaliter prohibentem a disponi de bonis antequam

- 10 De quatuor causis, ob quas iussit mulier dicitur disponere de dote in prejudicium filiorum.
- 11 De questione, an mulier, quae primo nupsit juxta consuetudines, possit contrahere secundum nuptias more Matrimonii.
- 12 Reprobatur opinio dicentium consuetudinem non procedere in muliere vidua.
- 13 An consuetudo procedat ubi disponitur ad favorem Clericorum, & Ecclesiasticorum.
- 14 An filius debeatur legitima de decima parte, quae relinquatur ad liberam dispositionem mulieris.
- 15 De duplicitate patrimonii, seu hereditatis, quae fingitur in muliere, ubi haec jura municipalia sunt.
- 16 Fratris defuncto per consuetud. Neapolis succedunt aequaliter fratres non curata unitate, sed duplicitate vinculi in bonis adventitibus a stirpe omnibus communiter.
- 17 Ad materiam text. in leg. fœminae, super peculiari successione filiorum primi matrimonii in bonis adventis a primo viro, an sit correctio per consuetud. Neapol. & quando procedat.
- 18 Si filii primi matrimonii sunt heredes matris, an eis suffragetur dispositio dictae, & quando non.
- 19 An text. in leg. fœminae, procedat in bonis sponse donatis a consanguineis viri, & an hac donativa sponse acquirantur.

D I S C. CIII.

Nupsit Portia Carafa filia Ducis Andriae Ferdinando Caracciolo Duci Airolae cum dote scutorum 48. mil. sed brevi tempore post spatium scilicet 18. mensium, matrimonium dissolutum hui per mortem viri superstiti Francisco filio infante sub tutela ejusdem Portiae, cui legavit scutos mille ultra alios 700. per eundem filium donatos, & respectivè datos pro facili, adhuc tamen non solutos occasione dicti primi partus; acceptavit Portia tutelam, sed brevi eam dimisit ob transitum ad secundas nuptias cum Alphonsio Caetano Duce Sancti Laurentii, alias vulgo Laurenzani, cui constituit dotem scutor. 58. mil. hoc est priorum 48. mil. eodem modo quo per matrem, & fratrem filii constituta erat in primo matrimonio, & augmentum 10. mill. ex bonis per eam acquisitis tam ratione dicti legati quam pro majori parte ob gemmas, & donativa habita a primo viro ejusque conjunctis.

Denuò autem dicta Portia viduata superstitibus ex hoc secundo matrimonio tribus filiis masculis, & una femina, per annum circiter antequam decederet, per donationem quam dixit inter vivos, ad ejus tamen libitum quandocumque revocabilem, Antonio secundogenito clerico in minoribus donavit annuos scutos 600. ad vitam, decurrendos à die declarationis per eam faciendae, cum facultate disponendi de scutis 4000. in sorte principali; Josepho tertio genito militi Hierosolymitano, non tamen professo, donavit annuos scutos 400. pariter decurrendos, ut supra, cum facultate disponendi in sorte de scutis 2000. & Diana, quatenus nuberet in saeculo, donavit scutos 10. mill. pro augmento dotis, quatenus verò ingrederetur Monasterium, scutos mille, repetita expressa declaratione, quod non recedendo à natura donationis inter vivos, licet effectus eam quandocumque etiam per ultimam voluntatem revocare, ac liberè disponere de bonis ut supra donatis.

Obiit eadem de anno 1652. atque dum esset morti proxima, eadem die, & forsitan contemporaneè, coram eisdem Notario, & testibus, per duos tamen actus separatos, ratificavit dictam donationem, declarando dictos annuos redditus currere debere à die ejus mortis, cum aliis declarationibus ad rem non facientibus, praesertim quod dicta donatio censeretur facta ex bonis ad primam ejus dotem pertinentibus, eodemque tempore testamentum condidit, in quo distinguendo ejus affem in tres species, scilicet dotem, augmentum, & bona extradotalia, in prima specie scutorum 48. mil. (detracto eo, quod importaret enarrata donatio;) pro decima parte ejusdem dotis, necnon in dicto augmento totiusque extradotalibus hereditatem universalem scripsit Franciscum Laurenzani Ducem secundum matrimonii filium primogenitum, cum gravando pluribus legatis ad favorem aliorum filiorum ejusdem matrimonii, ac etiam ad favorem Ferdinandi junioris; & Isabel-

lae

re nepotum ex Francisco filio primi matrimonii praedefuncto, declarando istud legatum nepotibus factum cedere debere in compensationem gemmarum, aliorumque bonorum à primo viro habitorum; in reliquis vero novem partibus bonorum residuum ex dicta prima dote, se conformando consuetudini Neapolitanae; instituit dictos Franciscum, Antonium, & Josephum filios masculos secundi matrimonii, ac praedictos nepotes ex filio, primi pro rata, & portionibus ad quemlibet de jure spectantibus. Unde sequendo dictae testatrix obitum, & non acquiescente Ferdinando dispositis per aviam, sed precedente totum id, quod de communi, vel consuetudinario jure sibi deberetur ex persona propria, & Isabelae sororis, cujus erat renunciataria, hinc ortos desuper controversia, illaque satis lentè per plures annos tractata, demum in me tanquam utriusque partis benevolam, absque formali compromisso, sed in solo verbo, ita me quoque utrique consulente, remissive tractatae, ac modum quo mediante benevola concordia sequi posset, me nolente assumere partes iudicis, vel arbitri.

Duo erant hujus controversiae capita; potissimum verò ac principale, in quo difficultatis cardo residebat, erat illud dictae donationis, an scilicet illa fieri potuisset de bonis dictae primae dotis in prejudicium juris consuetudinarii, per quod in consuetudine incipienti, sicut moriens, mulier novem ejus filios reservatis, nisi de decima parte, aliis novem ejus filii reservatis, itaque quod ex receptissima interpretatio, verbum disponere inter vivos, non autem per contractum, vel actum inter vivos, an potuisset facere donationem exemptam, quae dicenda esset actus inter vivos à conhabere deberet in reliquis ductis 28. mil. detractis 20. mill. ratione habita de dicta donatione, successio in integra dote ducatorum 4500. circiter, quoniam si successio regulanda esset integra dote, portio Ducis Airolae importaret ducatos 10800. si verò super solis ductis 28. mil. importaret 6300.

Super hoc scribentes hinc inde, satis certabant super firmanda dictae donationis natura, seu qualitate, deducendo ea, quae in proposito donationis, an censenda sit inter vivos, vel causa mortis, atque circa conjecturas ac praesumptiones, unam, vel alteram qualiter suadentes, plenè, & 664. aliis, decif. 59. par. 7. recent. ubi habentur collecti Menoch. & ceteri quæstiones tractantes, ac etiam apud Rojas delegationis, quae pro meo judicio ad effectum praesentis commodi quaestio disputari solet ad alios effectus generales ex ucl declaracionibus facientes resultant, puta detractio falinter vivos, necnon educacionis sequendae necne per praesentem donationem, ac etiam ob necessitatem insinuationis specie requisitarum, cum similibus, atque ad hos effectus videbatur attempto tenore instrumenti, donationem inter vivos potius dicendam esse, cum expressis verbis donatrix ita donare professi sit, unde in claris non intrant praesumptiones, & argumenta, ad notam regulam text. in l. ille, aut ille, ff. de legat. 3.

Et licet reservata sit facultas eam revocandi etiam tacitè per contractum dispositionem, nihilominus nullibi in jure & perfectam, sed revocabilem, seu reolubilem, ad text. in l. i. Cod. de donat. quae sub mod. & habetur saepius in sua materia sub tit. de Donationibus; irrevocabilitas enim est quidem naturalis donationis causa mortis, non autem illi inter vivos, sed hoc in dubio, & ubi aliud non exprimitur, quoniam de jure ultimis voluntatis repugnat revocabilitas, sed in actibus inter vivos ex eorum lege revocabilitas non repugnat.

Difficultas igitur pro meo judicio erat, an postea, quod effectum in donatione inter vivos, sed revocabili, illa sufficeret necne ad effectum controversum, itaut esset dispositio per consuetudinem prohibita, vel permissa; & in hoc ratione movandam dicebam probabilis videri pro Duce Airolae respondendum esse, quod scilicet prohibita dispositionem talis donatio contineret, ponderando quod revocabilitas

percutiebat ipsam donationis substantiam in tempus mortis collatam, quod in effectum importat donationem causa mortis, ita sub vocabulo donationis inter vivos velatam ad faciendum fraudem legi consuetudinariae, interim se non privando dominio, & possessione bonorum in vita, sed sub solo verborum cortice, disponendo de dote ultra potestatem.

Qua fraude, seu colore questio accedente quaelibet dispositio, etiam per actus inter vivos prohibita dicitur, non solum in terminis hujus consuetudinis, in qua foris urget ratio, ut infra, sed etiam in terminis alterius consuetudinis generalis incipientis, & si testator, ex deductis per Mophel. ad consuetud. part. 6. quest. 4. & 5. & late Capyc. Lat. consuetud. 123. ubi concordantes; & bene in terminis consimilium legum Rota decif. 138. num. 22. par. 5. recentior. atque ad sensum docet ipsa ratio naturalis; quoniam ita diceretur lex irritabilis ac de vento, verbis potius quam rebus imposita, cum tam de facili cum solis verborum formulis eludi possit; potissimum verò ubi nedum circumstantiae, cum quibus actus gestus est, hujusmodi fraudem redolent, sed ejus suspicio etiam resultat ex qualitate personarum, ut in praesenti, dum agebatur de matre binuba, in qua lex praesumit malum animum contra filios primi matrimonii, ut illos secundi ditaret, ad text. in leg. hac editi, & tot. tit. Cod. de secundis nuptiis.

Clarius verò ac indubitanter in specialibus terminis istius consuetudinis deferentis filiis novem ex decem partibus dotis matris sibi à parentibus, vel conjunctis constituta, non autem à seipsa aucta; licet enim illi juxta receptam sapientum Regni traditionem in hujusmodi novem partibus non succedant ex persona propria independentè à matre tanquam vocati à consuetudine; sed tanquam ejusdem matris heredes obligati ad debita per eam contracta, & ad observantiam aliorum contractuum ex necessaria, vel iusta causa respectiva institorum. Attamen in reliquis eadem novem partes sapere dicuntur naturam legitimam, quae ita de triente, vel semisse ad eas adducta est, unde propterea matris est prohibuit filios fideicommissi, vel legati gravare, alioque actus merè voluntarios, & gratuitos gerere in filiorum prejudicium, eodem adamussim modo, quod habemus in legitima, in qua filii succedunt tanquam heredes parentis, & tamen ejusdem factum voluntarium impugnant, ut in terminis istius consuetudinis, Franch. dec. 486. Spad. consil. 365. lib. 2. Rot. dec. 588. par. 4. divers. & habetur deductum in Beneventana de Morris disc. praeced. Et in terminis consimilium juris municipalis ita disponens de tota dote, vel aße habetur apud Merlin. dec. 828. & 833. in Urbev. tana fideicommissi de Clementinis 15. Junii 1661. coram Albergato, de qua infra, disc. 106.

Et hoc positò, nihil refert, an per ultimam voluntatem, vel per donationem inter vivos mater dispossit, quoniam in prejudicium legitimam, neque de jure communi parenti conceditur donare, seu alios actus voluntarios ac liberales in vita exercere in prejudicium legitimae filiorum per hujusmodi actus non minuendae, unde propterea recepta propositio est, quod bona per parentem in vita donata habentur pro extantibus, & calculantur in aße pro regulanda legitima, detrahenda tamen ex reliquis bonis lux perextantibus, quatenus sint idonea, & non deteriora, aliàs in subsidium etiam ex ipsismet bonis donatis à tertio vindicandis, Sured. consil. 322. num. 14. Rovit. decif. 100. num. 26. Rota decif. 86. post Merlin. de legitimis, decif. 137. num. 2. par. 6. recent. Romana legitime 23. Aprilis 1660. coram Cerro, & habetur pluries in sua materia sub tit. de legitimis, & detractio.

Igitur nil referre dicebam, an haec esset donatio inter vivos, vel causa mortis, dum effectus est idem, proinde dicta quaestio in proposito omninò extranea remanebat, rectè cadens in terminis dictae alterius consuetudinis magis generalis, incipientis, & si testator, prohibentis de bonis antiquis posse disponi extra conjunctos quamvis collaterales ultra medietatem, atque in his terminis intrat inspectio, an donatio habeat necne justam, & rationabilem causam, itaut dicenda sit facta in fraudem, super quo nimis insistebant scribentes pro Duce Laurenzani, cum hoc videretur equivoicum clarum confundendo unam consuetudinem cum altera, ex longè diversis rationibus inter eas militantibus.

Hinc proinde prudenter nostri Regni Sapientes in specialibus terminis istius consuetudinis; iustas disponendi causas etiam per actus inter vivos restrinxerunt ad auctoritatem, scilicet, ut vivat, ut sana vivat, ut libera vivat, ut ca-

stavit, hoc est pro alimentis sub prima causa significatis, pro expensis infirmitatis explicatis in secunda, pro se liberando a captivitate, vel a carcibus, seu alia causa, ob quam naturalis libertas impedita manet, & pro contrahendis nuptiis, quas alias contrahere non posset, ut de dictis quatuor causis habetur apud Neapod. in consuetud. si quis, vel si qua, verbo *in matre*, Franch. decif. 435. num. 36. & sequen. Fab. de Ann. cons. 79. numer. 16. Molphes. ad consuetud. part. 3. tit. de success. ex testam. quast. 1. nu. 34. & sequen. Apont. cons. 79. de Marin. resol. 274. numer. 22. & sequen. lib. 1.

Apud quos habetur de questione in Regno famigerata super intelligentia quartæ causæ, an scilicet mulier, quæ primas nuptias contraxit more nobilium Capuan. & Nidis, secundas contrahere possit more Magnatum in præjudicium filiorum primi matrimonii, & quicquid scriberent variant, magis communiter receptum est uniformem regulam generaliter deluper tradi non posse, sed decisionem pendere a singularium casuum circumstantiis, an scilicet concurrat necne iusta causa variandi huiusmodi modum nubendi, & tamen actus donationis non est lucrativus, & voluntarius, sed correptivus, unde propterea si quælibet iusta, & honesta causa sufficeret ad donandum, utque aperte favos declararem tot Sapientes, qui diem quam questionem adeo acriter disputarunt.

Aliqui Romanæ Curie Jurisconsulti, moti autoritate Rotæ decif. 879. part. 4. diverfor. in eo insistebant, quod ista consuetudo locum habere deberet muliere decedente, quod peritit viro, non autem ubi in statu viduitatis; verum quidquid sit de hac distinctione in terminis consuetudinis Martini, seu etiam in terminis Statuti Urbis cum similibus, in terminis tamen huius consuetudinis observabam, quod in Tribunalibus Neapolis, ubi materia est quotidiana, irriti mereretur qui hoc assereret, ob inconsummatam contrariam observantiam, & in specie de vidua observant glossatores ejusdem consuetudinis, ut etiam advertitur dissc. præced.

Prout ibidem in eo satis insistebant, quod cum ista consuetudo esset laicalis, non percuteret hanc donationem ut potest factam Antonio clerico, & Josepho militi Hierosolymitano, verum, cum controversia decidenda esset juxta opiniones receptas in Civitate Neapolis ejusque Tribunalibus, remanebat satis fragile motivum, dum ibi difficultas solum intrat, ubi agitur de successione clerici defuncti, ut tanquam consuetudinis non subiectus liberam habeat suorum bonorum dispositionem, prout de jure, non autem ubi ipse moriens est laicus, quia dum est inhabilitata persona subdita, nil refert, quod disponat in non subditos, dum defunctus est in disponente, juxta decif. 141. Franch. num. 4. passim receptam, ut etiam habetur actum in Neapolitana hereditatis sub tit. de fideicommissis, disscif. 154. Potissimum verò ex dicta ratione, quod consuetudo non annullat actum in totum, & ne effectum fortituri in aliis bonis, sed solum præservat ista quoties, seu raras tanquam filiorum legitimam ita per consuetudinem adactam, & sic non est exercere jurisdictionem cum clerico, vel non subdito, sed præscribere legem in bonis sui subditi; ideoque circa istum punctum planum videbatur bonum jus Ducis Airolæ pro successione in novem ex decem partibus integræ antiquæ dotis dicta donatione non curata, ac successivè clarum remanebat ejusdem bonum jus non controversum per scribentes pro Duce Laurenziana in Curia circa fructus ab initio debitoris pro rata bonorum fructiferorum, & ad eam rationem, ad quam ipsamet bona, vel jura dotalia fructuant, adinstat fructuum legitime ex receptissima propositione regulandorum juxta normam, seu dispositionem text. in l. en abis, C. de dition. empr. sive juxta fructus venientes in iudicio famul. erisc.

Prævidebat etiam idem Dux Airolæ legitimam de jure communis debitam in reliqua decima parte ejusdem dotis tanquam in bonis liberis aviæ morientis, sed hæc videbatur injusta præsentio, nulli fundamento innixa, cum eadem res non debeat duplicem pati detractionem, dum legitima integrè dotis consistebat in novem partibus, ergo reliquum remanebat omnino liberum, juxta ea, quæ in specie consimilibus consuetudinis habentur infra, in Bituntina fideicommissi, disscif. seqq. iusta verò erat altera præsentio per aliam patrem non impugnata super legitima debita ex augmento dotis aliisque bonis extradotalibus quatenus adessent, ut in specie hanc legitimam deberi decem per Sacri. Consilium testatur adductor ad Cappy. Latr. decif. 12. numer. 15. potissimum dum eadem te-

14

strix tale debitum agnoverat, expressè hanc legitimam relinquendo.

Verùm dubitabam utramque præsentionem cessare de facto, quoniam cum dicta donatio non laboraret aliquo defectu annullativo, sed solum remaneret præjudicialis filiis post successione dotis, exinde resultabat eam implendam esse ex illis bonis, de quibus donatrix disponere poterat, dum donatio concepta non erat taxativè de bonis antiquæ dotis, & non aliàs, itaut deficeret voluntas, quoniam ipsa donatio fuit simpliciter, & indefinitè concepta; declaratio verò, ut satisfieri deberet de quibusdam effectibus dotalibus, fuit ex intervallo, atque potius demonstrativè quam taxativè, accedente etiam ponderatione de præstantio pretium rei legatæ, vel donatæ, quoties disponens scit illam esse alienam, sive non ad liberam dispositionem, ex illis, quæ habemus de estimatione præstantia rei alienæ legatæ.

Adhuc tamen respectu augmenti, alioquinque bonorum extradotalium, dubitatio prædicta subsistere non videbatur, quoniam cum ita juxta muliere singuntur due hereditates, duæque diversæ patrimonii, unum scilicet consistens in antiqua dote regulanda ad limites consuetudinis ut supra, alterum verò in bonis per ipsam quæ sitis, sive aliunde obventis, consuetudini non subiectis, ac jure communi regulandis, quæ patrimoniorum distinctio in proposito conmissis Statu, Urbevetani quoad bona existentia in territorio, vel extra, ponderatur apud Meelin. d. decif. 828. & 831. & apud Rojas dec. 157. exinde sequitur, quod in hoc fecundo diverso patrimonio debeatur legitima ad limites jure communis, quæ absorberi non potest per donationem, alioquin liberalitatis actus per parentem gestos, ex autoritatibus supra allegatis.

Undè propterea operativa de implenda donatione ex aliis bonis, operativa solum remanebat quoad exclusionem alterius præsentionis ejusdem Ducis Airolæ de jure clara, & non controversa, sed de facto inefficax, superæquali scilicet successione cum fratribus uterinis dicto Francisco primogenito, qui per matrem hæres universalis institutus fuerat, & ab intestato decederat quoad bona à matre provenientia, licet enim de jure communis fratri vel intestato moriente succedat solum frater utrinque conjuncti, acurritur conjunctio utriusque beneficii representationis, non autem illi ex uno latere tantum; nihilominus in bonis obventiis ab intestato ab ipse fratribus communi, per consuetudinem incipientem, si quis, vel si qua, non spectatur dupliciter vinculu, sed æqualis est successio cum beneficio representationis, etiam ultra gradus à jure præscriptos, Neapod. ibid. num. 41. & 289. Mantie. decif. 99. Hodiern. ad Surd. decif. 230. num. 15. Provenzal. in annot. ad eandem consuetud. observ. 7. Thor. in compend. dec. part. 1. verbo *frater utrinque conjunctus*, & ceteri communiter, sed ut dictum est, hæc actio remanebat inanitas, dum detracta legitima, detractisque bonis, de quibus in secunda præsentione nil remanebat in asse hereditario, ut potè à præfata donatione absorberetur.

Demum prævidebatur per Ducem Airolæ sibi jure peculiaris successione tanquam hæres detractionis ante omnia faciende, deberi ducatos 1700. ex substantia primi viri ejus avi in dictam defunctam jure legati obventos ut supra, juxta dispositionem textus in l. famine, Cod. de secundis nuptiis, quem textum non esse correctum per consuetudines Neapolis, habetur apud Franch. decif. 666. & 632. de Marin. resol. 237. num. 30. lib. 1. idemque dicebat respectu gemmarum, aliorumque bonorum obventientium ex donativa occasione (ponfaliatorum eidem mulieri factis à viro ejusque conjunctis).

Quoad pecunias, scribentes pro Duce Laurenziana dabant manus, verum ego sentiebam difficultatem circa ratam ducatorum 400. quam vir in testamento uxori debet declaravit pro falsis primi partus, distinguendo istud debitum pro falsis à donativo alterius fimbri ducatorum 300. quod occasione ejusdem partus viri fidei decerasset enim partita videatur ex causa onerosa, pro illis scilicet expensis, quæ sub nomine falsiarum pro partu fieri solent, & quæ licet viris incumbentes, per manus tamen mulierum explicantur, unde propterea non videbatur ratam dispositio text. in l. famine, locum habens in illis, quæ obveniunt ex liberalitate, & titulo lucrativo, non autem ex causa onerosa, & correptiva.

Quoverò ad gemmas, duæ dabantur responsiones, una quod ubi filii primi matrimonii sunt hæreses matris, non possunt opponere de huiusmodi jure, ex motivatis per Ro-

18

ram apud Rojas decif. 471. in fine, & altera, quod per consuetudinem si qua mulier, datur mulieri libera facultas disponendi de paratis, & de lucris ac donativis; neutra verò substantiam aliquam habere videbatur, non quidem prima, tum quia dum isti liberi prioris matrimonii nil ex liberalitate parentis binube obtinebant, sed solum successione necessariam ratione legitime, non dicebantur ad factum voluntarium ejusdem parentis obligati ut supra, tum etiam quia per Rotam apud Rojas loc. cit. nil in proposito firmatur, sed solum refertur id, quod per unam partem objiciebatur ex Gabr. de secundis nupt. conclus. 2. num. 4. ubi habetur (& bene) filios primi matrimonii non posse e jure sibi competere, ex l. famine, vendicare à tercio bona à primo viro eorum patre obventientia, de quibus mater titulo legati, vel alio disponerat ex ratione doli, seu circuitus deducta ex text. in l. cum & matre, Cod. de rei vendic. & l. vendicant. m. ff. de rei. eodem modo quo habemus de hærede gravati non impugnante factum sui authoris in bonis fidei commissariis, vel emphiteuticis, seu aliàs ipsi hæredi ex persona propria debitis, dum tanquam hæres teneatur supplere de bonis hereditariis, vel etiam de propriis, quatenus cohæredes, & in iudicio famul. eriscunda, in quo unus hæres detrahere possit aliquid tanquam proprium, seu jure præcipue successione per legem sibi delatæ, tunc ista difficultas nullatenus intrat, neque adesse videtur ratio, vel authoritas, quæ id probat.

Et quoad alteram responsionem dicebam, dictam consuetudinem, si qua mulier, expressam relationem habere ad præcedentem consuetudinem, si qua moriens, ut constat ex ejus verbis, ibi *prout in proximo capitulo*, & ibi *juxta tenorem capituli præcedentis*, ubi lucra, & donativa contrahuntur ab illis bonis, quæ obveniunt à parentibus, vel agnatis, & cognatis, & sic an sint bona antiqua necne, ad effectum successione, vel restrictæ facultatis disponendi, quæ in antiquis procedit, non autem in novis, non tamen inferri potest ad aliquam correctionem d. l. famine, & concordantium, quas receptum est per consuetudines Neapolis non esse alteratas ut supra.

Instituam quoque scribentes pro Duce Laurenziana hæredes, ac filios secundi matrimonii, quod saltem d. l. famine locus non esset in illis gemmis, ac bonis, quæ non directè, & immediate ab ipso viro obveniebant, sed ab ejus conjunctis, cum hæc perfectè, & irrevocabiler acquirantur mulieri transmittentem in ejus hæredes, allegando plures authoritates, de quibus infra, eas tamen quamvis diversos terminos diversatque questionis percutientes infimul confundendo; quare pro æquivoci elucidatione, in discursu difficultatem excitativo, dicebam duas in proposito per Doctores tractati diversas questiones, unam super hujusmodi bonorum acquisitione simpliciter, sive mulier transeat ad secunda vota, live non, plurius volentibus ei non acquiri perfectè, & irrevocabiler, itaut disponere possit, vel ad ejus hæredes transmittere, sed quoad usum tantum, restituere alteram verò, an super hujusmodi bonis non ab ipso viro, sed ab ejus conjunctis obventiis intrent necne penè secundò nubentium, præsertim ista obligationis referendi proprietatem filii primi matrimonii.

De prima questione agunt Anna singul. 152. Guttier. l. 2. q. 120. Thef. jun. lib. 3. q. 45. Fontanell. de pact. cl. 7. glo. 3. par. 6. cum seqq. Thor. in compend. decif. part. 3. verbo *donativis*, vel *socialis*, fol. 313. Ro. decif. 548. part. 4. diverfor. alias apud Seraph. decif. 1108. Borel. in summa, decif. tit. de donat. inter vir. & uxore. numer. 106. cum seq. in ista questione admittere dicebam magis communem, & probabilem assensum præterea extraneæ remanebant dictæ authoritates, & similes quæ allegabatur.

In casu verò alterius questionis non defuit sequentes consil. Romani 495. ad favorem pariter mulieris, ut scilicet iste casus tanquam mixtus non veniat sub dispositione l. famine, ut discitur Franch. decif. 595. & incidenter decif. 18. recipienda sit in Curia, ubi quantum memoria suggerit, præsens controversia esset in Civitate Neapolis decidenda, receptas, hinc proinde per liberis primi matrimonii respondendum videri motivabam ob plures decisiones Sacri. Consilii istam opinionem firmantes, ut apud eundem Franch. d. decif. 395. in fine, Salernitan. decif. 8. Molphes,

ad consuetud. part. 3. tit. de success. ex testam. quast. 22. numer. 2. Thor. compend. dec. tom. 1. verbo *donatio*, de Marin. resol. 273. num. 9. lib. 1. Rovit. decif. 12. nu. 10. ubi quod postquam decisionem factam junctis duabus Aulititâ passim prædicatur.

Ista utrique parti insinuabam de jure videri probabiliora, non tamen rigorosè, & ad eorum limites prædicanda, sed cum aliqua moderatione ac per viam amicabilis honestæ concordia, ad cuius solum effectum cum voluntate utriusque parti equè benevola ita motivabam.

TRANEN.

Ad petitionem.

FRANCISCI JACOBI AMENDONI.

Responsum pro veritate.

De consuetudine Barenfi super successione filiorum in dote materna, an succedant tanquam hæredes, vel potius tanquam filii ex persona propria. Et quid ubi adsumt filii ex primo, & secundo matrimonio.

SUMMARIUM.

- 1 Casus controversæ.
- 2 Lucra, & bona ab uno conjuge obventa spectant ad filios ex illo matrimonio præcreatos.
- 3 Præceptum de non inferendis molestiis, de quibus intelligendum sit.
- 4 Quomodo in dote succedant filii diversorum matrimoniorum.
- 5 De eadem materia, an scilicet dos debeatur filiis uti filii.

DISC. CIV.

Uos habens filios ex diversis matrimoniis Antonia de Mico Barolitana, ex primo scilicet Franciscum Antonium Amendonium, & ex secundo Josephum della Marra, moriens in ejus testamento condito de anno 1644. eos hæredes aequaliter instituit sub præcepto, quod hereditatem equaliter dividere deberent abque lite, & contradictione aliqua sub pena caducitatis ad favorem Montis Pietatis ejusdem loci, quem in portione contravenientis substituit. Cumque filius primi matrimonii perisset ex dicta hereditate detrahere præcipuum lucrum dotale per dictam testatricem habitum ex primo viro, quod in ea Provincia, & juxta consuetudines Barenfes ex jure Longobardorum emanatas, cum quibus ibi vivit, nuncupatur *Melpium*, aliàs *Morzincap*, necnon donativa aliaque bona ex primo viro; seu ejus intuitu provenientia, aliaque deduceret præsentiones ex persona propria competentes, hinc prætere cœperunt Administratores dicti Montis factum esse casum substitutionis, idèdque de facto licet inentantur cotam Nuntio Apostolico Neapolis, coram quo plures assumpti fuerunt articuli disputandi; præsertim an dictum lucrum, seu meprium una cum donis aliisque bonis per primum virum ejusque conjunctos traditis essent præcipua predicti filii ex primo matrimonio, itaut abque precepti conventionie hujusmodi detractio ab hereditate peti potuerit; secundo quid in dote pro eodem primo matrimonio constituta, num illa deberetur præcipua dicto primo filio abque eo quod illa alterius participationem præterere posset; & tertio demum, postquam quod iterque succederet, quodque dici posset aliquam adesse contraventionem, an mater dictam substitutionem facere potuerit; super his autem per Amendonium occasione aliam causam in Curia pendentium clientem Curia Advocationis susceptæ in qua pro veritate interrogatus fuit de proprio iudicio, & qualem causam foret.

Ad primum circa petitam detractionem tam luci dotalis, quam bonorum à primo viro, seu ejus occasione obventorum, dixi suam causam videri in tuto, quoniam de jure absolutum est hujusmodi lucra spectare ad filios primi matrimonii jure præcipuo, per text. in *Aub. heres*, Codic. de secundis nuptiis, idemque de plano procedit in relictis bonis ex primi viri substantia in mulierem cum satis notis concordantibus, itaut utraque bonorum specie videantur propositiones in foro præsupponendæ tanquam absolutæ; quibus positis resultabat cessatio contra-

tra-

tur filii tanquam patris, & concludit affirmative moriente muliere vivo partu, quia tunc dos profectitia nunquam fuit in bonis, & substantia maris, sed tanquam ex substantia avijuxta consuetudine Martini, fecus autem mortuo patre, quando dos succedens loco legitima fit proprium mulieris patrimonium, igitur ista consuetudo hanc partem potius comprobatur, ut de ea disc. preced.

His demum addebam observantiam in casibus dubiis quantumcumque controversiam dirimentem, & quam obferyantiam dupliciter, affirmativam scilicet, & negativam ponderabam; affirmativam nempe; tum quia cum hac mulier ultra dictum filium masculinum, alteram etiam filiam posthumam reliquisset in infantili aetate defectam, idem reus tanquam pater, ac pro medietate cum filio ab intestato successore ex illius persona praetendisset legitimam, illam ad solos limites communis deiraxit computata dote in patrimonio matris; tum etiam, quia cum eadem mater filio instituto interdicta patri administratione in bonis suis curatore depraefata, hic universam substantiam computata etiam dote, ipsomet viro approbante, in inventario descriptis, ac administravit; negativam vero, quia eisdem rei defensoribus in prima instantia coram Ordinario articulaverunt, ac probate curarunt dicta consuetudinis observantiam, juxta dictum intellectum a Rota tributum; & quamvis plures inducunt testes, attamen probari non potuit, quod omnia insimul ponderata nimis claram hanc veritatem reddere dicebam.

Ad verbum autem assignare, dicebam, quod per R. ebuff. in l. assignare 106. de verb. signif. sexdecim significaciones ei tribuuntur, inter quas una est, quam decisio adducit, non tamen importans de necessitate dominium, ideoque ut bene idem R. ebuff. advertit ver. ultim. illud capiendum est secundum casus precedentes, sive secundum quod juris ratio, vel subsista materia patitur, quod etiam advertit Rot. decif. 157. num. 28. par. 6. recent. ac ita pariter respondebam ad illa verba peritio, & irrevocabiliter remanendam, eodem scilicet themate retento, & ad excludendum illum usufructum, quem alius vir tanquam pater in bonis maternis filii de jure alius praetendere potuisset, praeterquam quia consuetudinis coproxus in aliis partibus ostendebat eam fuisse rursus in scripturam redactam, neque extensorem fuisse talei, quod hujusmodi verborum vim, ac efficaciam callet, vel distinguere; unde non cortex, & figura verborum spectanda erat, sed substantia voluntatis ex praemissis desumpta; his autem decisio non respondet, neque novam disputationem assumeret opus fuit, dum data dotis imputatione in legitimam ostendebatur consumptio absque spe reintegrationis ob eposdem rei insufficienciam.

URBEVETANA FIDEICOMMISSI DE CLEMENTINIS PRO HIERONYMO CUM CATHARINA DE CLEMENTINIS.

Causa decisus per Rotam pro Catharina.

An in dote, quae ex Statuto filii debetur uti filius possit mater ordinare fideicommissum inter eosdem filios eorumque descendentes.

Et an hujusmodi Statuta ita dispensata de filijs locum habeant in nepotibus ex eis praefunctis.

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series.
2 De statuto prohibente matri, ut non possit disponere, nisi inter filios, quod sit validum, & non possit mater eos gravare fideicommissis, & n. 5. & 9.
3 An loquens de filijs habeat locum in nepotibus.
4 Expenduntur consilia Statuta, & quod Urbevetanum ab alijs differat.
5 Declaratur conclusio, de qua num. 2.
6 Rota proferitur attendere potius rationes, quam auctoritates.
7 De validitate Statutorum prohibentium mulieri restari sine certa solemnitate.
8 De ratione, in qua fundatur Statutaria dispositio, de qua num. 2.
9 De eadem declaratione, de qua n. 5.
10 Statuta dicta Statuto non possit mater inter filios inaequaliter disponere, & de ratione.

11 Fideicommissum reciprocum non videtur gravamen.
12 An illud capiat legitimam.

D I S C. CVI.

Eugenia Benincasa vidua Urbevetana, instituit hereditibus universalibus, Monaldo, & Jordano de Clementinis ejus ex Cornelio filio praedecessore nepotibus, perpetuum successivum fideicommissum masculinum inter cujuslibet descendentes ordinavit, ac etiam reciprocum lineare, ita ut una linea masculina defecta succederet altera, & terminis semper exclusis, unde defecto ultimo masculino de linea Monaldi superstitite Catharina sorore, & haerede, Hieronymus descendens ex linea Jordani, praetendens factum esse casum fideicommissi ad ejus favorem, iudicium instituit in Rota coram Albergato, & assumpta disputatione, par. 1. danda esset immisso, sub die 15 Junii 1661. negativam prodiit resolutio.

Cujus fundamentum fuit Statutaria dispositio praecipiens, mulierem nec in vita, nec in morte disponentem posse de ejus bonis, nisi inter filios aequaliter, sub decreto annullativo in eam contrarij, quo Statuto sic fante, sive ex ratione, quod filii habere debent, quantum bona maternam, non ab ipsa matre, & ex ejus iudicio, sed conditione ex Statuto; sive ex altera, quod ita Statutum auxerit legitimam iis debitam, ut quemadmodum de jure est in quota, ita sit in toto; receptum est matrem inter filios disponentem non posse eos aliquo fideicommissio gravare, quoniam ita esse Statuto fraudem facere, atque per indirectum tollere id, quod directè tolli non potest, ut firmant Ancharan. consil. 112. numer. 8. Caltren. consil. 442. numer. 2. lib. 1. & consil. 468. sub numer. 1. lib. 2. Honded. consil. 14. sub numer. 28. lib. 1. Peregrin. decif. Paravina 68. numer. 3. cum seqq. Franch. decif. 486. numer. 3. & per totum. Spada consil. 365. numer. 5. & seqq. lib. 2. Rota decif. 578. numer. 1. par. 4. divers. Merlin. de legi. lib. 3. tit. 1. quest. 24. numer. 15.

Quodque stante hujusmodi Statutaria dispositione, bona dicantur spectare ad filios conditione ex Statuto, ac alias, ulquam ex iudicio matris, quod impugnetur possunt, ulquam supra allegatis, in individuo hujus Statuti Urbevetani, formiter discussio articulo firmavit Rota apud Merlin. decif. 828. & 833. & decif. 66. par. 9. recent. quae est eadem apud Rojas decif. 157. unde propterea dubitandum non erat de validitate hujus Statuti pluries in individuo canonizati.

Et quamvis in litera loquatur de filijs, vel filiabus, in praesenti autem non ageretur de filijs, sed de nepotibus ex eis praedecessis, unde dubitari poterat, an tale Statutum, utpote odiosum, eis conveniat, ex deductis in terminis Statuti Urb. 142. per Rotam in Romana fideicommissi 27. Maji 1642. coram Ghisler. decif. 84. par. 9. rec. & de qua habetur actum in Romana fideicommissi de Incastris, sub tit. de fideicommissis, disc. 75. Attamen quidquid esset in terminis aliorum Statutorum, in istis tamen terminis praecisus, receptum est sub nomine filiorum, etiam nepotes, alioque descendentes veniunt, ut punctualiter dispatata formiter quaestione, firmatur per Thefaur. jun. quest. forens. 92. lib. 1. & sequuntur Marecort. lib. 2. varior. c. 105. num. 51. & seqq. Merlin. de legitimis ad lib. 3. tit. 1. quest. 24. num. 32. Adden. ad dec. 199. n. 16. & seqq. par. 3. rec. qui alios cumulant.

Quando ageretur de fideicommissio, quod mater, vel avia gravando filios, vel descendentes, ordinasset ad favorem extraneorum, ita ut respectu filiorum esset merum onus; ego pro Hieronymo scribens, admittebam propositionem saltem in obsequium tot auctoritatum, ac decisionum ita firmantium, praesertim illarum, quae in specie canonizant hoc Statutum Urbevetanum, de cujus validitate posset alias satis probabiliter dubitari, dum disponens de universo alio, auctore videtur matri liberam testandi facultatem, atque in proposito est singulari, aliorum consimilium Statutorum exemplis non corroborandum; siquidem consuetudo Neapolitana, de qua Franch. dicta decif. 486. ita refractat maternum arbitrium in novem ex decem partibus, ita ut sibi remaneat decima portio, in qua testandi facultatem exercere valeat; & in his terminis procedit etiam Statutum, seu Consuetudo Beneventana, de qua Spad. dicta conf. 365. & Rota in eodem casu, dicta decif. 588. par. 4. divers. Prout in casu decisionis 68. Peregr. reservatur mulieri quarta pars, de qua quarta ita relevata, Caltren. d. consil. 441. lib. 1. Thef. decif. 269. aliter Thefaur. lib. 1. quest. 91. & 92. &

92. & lib. 3. quest. 65. per quem plura referuntur consimilia Statuta, omnia tamen ita disponenda de parte, nullum vero de toto; & si quod adest ita disponens de toto, attamen illud est restrictum ad certam speciem, puta ad dorem, ut sunt consuetudines Barenfis, & Bituntina, juxta unam opinionem, quam sequuta est Rota in Bituntina fideicommissi 28. Junii 1672. coram Albergato, licet mihi non arridentem, ex deductis in eadem causa disc. 104. & sic nullum adest Statutum disponens de toto alio, sive dotali, sive extradotali; attamen, ut dictum est, captivare oportet intellectum in rerum iudicatarum obsequium, ac majorum nostrorum auctoritates.

Non placuit tamen resolutio in hac facti specie, in qua non agebatur de fideicommissio merè odioso, & gravatorio ad favorem extraneorum, in quibus terminis loquuntur omnes superius recensite auctoritates, Innitentes rationi gravaminis, ac odii filiorum inter descendentes, sed agebatur de fideicommissio reciproco inter eosdem nepotes, eorumque descendentes masculos pro agnationis, ac familiae decore, in quibus praecisus terminis cum nulla obstat specialis auctoritas, ita ut effectus quaestio omnino nova adhuc indeclia; hinc proinde cessante obstaculo auctoritatum, quae hodie ex communi vitio magis attenduntur, dicebam omnino decidendum esse per rationem, quae magna Tribunalia, & praesertim ipsamet Rota plus attendere profiteretur, ex deductis decif. 62. num. 12. par. 5. recent. 163. n. 7. par. 7. & in alijs per Adden. ad decif. 460. n. 18. par. 4. recent. tom. 2.

Discurrendo igitur dicebam, Rotam antiquam apud Puteam decif. 388. lib. 1. agendo in specie de validitate hujus Statuti Urbevetani; stante dicta ejus peculiari dispositione de toto, ita ut non facile conveniat ratio favorabilis adauca legitime, sed potius esset contraria ratio odii resulantis ex impedita libertate testandi, tractasse materiam juxta terminos notatos per DD. in leg. ex factis, ff. de vulg. & pupill. in ea scilicet quaestione, an valeant Statuta mulieribus prohibentia testamenti factionem absque alicujus licentia, consentu, vel interventu, in qua satis certant hinc inde DD. plene congesti per Rotam in Viterbien. hereditatis 4. Martii 1641. coram Ghislerio, ubi canonizatur opinio pro Statuti invaliditate, licet in eisdem cause remotione, protestata sit istud relinquere in suspenso, ut in decisione 28. Martii 1642. coram eodem; tenentes autem pro Statuti validitate illi inmittunt fundamentum, quod statutum absolute non tollat testandi facultatem, sed illam modifcet, ac restringat ad rationabile motivum disponendi inter filios obsequium imbecillitatem, ob quam mulieres seductionibus subiectae de facili induci solent ad privandum filios, ac disponendum in extraneos praesertim secundum viros, eorumque conjunctos, ducto argumento ad dispositione textus in leg. haec edictali, Cod. de secundis nuptiis, cum ibi notatus, ut habeatur in sua materia sub tit. de testamentis.

Ea in ratione, licet non expressa, decisio Putei agnoscente aliam difficultatem fundatur; prout etiam in eisdem praecisus terminis istius Statuti bene exprimit Rot. apud Merlin. dicta decif. 828. num. 11. repetita post alium Merlin. de legitimis decif. 167. num. 10. & apud Rojas dicta decif. 157. al. 9. recent. Eademque rationem agnoscit Thefaur. jun. dicta quest. 91. lib. 1. occasione firmandi, quod Statutum loquens de filijs, conveniat etiam nepotibus; insulla siquidem videtur altera ratio adauca legitime, dum haec supponit quorum diversam a remanenti hereditate, ideoque adaptabilis non videtur toti; & ulterius, quia non videtur subsistere ratio differentiae inter utrumque parentem, & cur legitima filiorum in bonis patris, vel avi regulariter debeat ad limites juris communis, illa vero mater, vel avia in toto, nisi jam dicta resulant ex sexus imbecillitate, & ad obvianandum absurdo exinde resulantem tollendi bona sanguini, ac dandi extraneis.

Hac igitur ratione retenta, quae meo iudicio unice Statuti validitatem subnitit, sequitur justè prohibendum esse matri, ne filios favore extraneorum graver, injustè autem, ac irrationabiliter eidem esse prohibendum, ne prudens, ac laudabile consilium capiat conservandi bona in ejus sanguine, & descendencia; alias enim esset inducere operationem intentioni, seu rationi Statuti de directo oppositam, cum enim illa sit impedienda, ne mater ex foemine sexus fragilitate seducta malum consilium capiat, auferendo bona filijs, & dando extraneis, ita juxta praedictam opinionem, Card. de Luca, Lib. VI.

erit impedire prudentem provisionem erga universum sanguinem, ac facere, ut bona exeant a sanguine, ac fiant dissipabilia, & in extraneos transitoria; ideoque isto casu, qui est singularis, non decisus, neque a Doctorebus tractatus, dicta resolutio, ad solam veritatem reflectendo, non placuit; ideo etenim receptum est hujusmodi Statuta loquentia de filijs convenire nepotibus, quia eadem viget ratio affectionis, & sanguinis, ut per Thefaur. jun. loc. cit. igitur non videtur cur & idem non sit dicendum favore ulteriorum descendentium, cum satis laudabili motivo conservandi agnationis decorem, ac impediendi bonorum dissipationem, ac transitum in extraneos.

Difficultatem mihi inferebat consideratio, quod ex recepta conclusione hujusmodi Statuta prohibent etiam dispositionem inaequalem inter eosdem filios, quod literaliter disponit hoc Statutum; verum eam removeri dicebam ex ea differentia ratione, quod ubi mater inter filios inaequaliter disponit, unum honorat, alterum vero gravat, ita ut habens minorem portionem, injuriatur, & gravatus esse dicitur cum gravamine, ac praedictio certo, atque illo casu igitur videatur eadem ratio seductionis, cum in convenientibus discordiarum, ac emulationum inter fratres, quorum est concordia rara; non sic est in fideicommissio reciproco inter plures filios, eorumque descendentes, quia cum incertum sit, quis prius mori debeat sine prole, omnes aequè agunt de commodo, & incommodo, nam mortuus absque prole, qui proinde fideicommissio gravatus dicitur ad favorem superstitis, poterat superstiti supervivere, atque totum capere.

Ideoque intrat conclusio, quod ubi actus potest se habere ad commodum, & incommodum, non dicitur laesivus, & praedictialis, quamvis casus producat damnum, quia poterat producere lucrum, ad commutem notat in leg. praeser. & l. de fideicommissis, C. de irriter. unde propterea non desunt graves Doctores, volentes fideicommissum reciprocum ordinari posse inter filios etiam in ipsa legitima de sui natura non recipiente onus, vel gravamen, quia videtur species favoris, ac providi consilii potius, quam odii, & gravaminis, ad text. in l. si pater puella, Cod. de inoff. testam. cujus dispositionem remanere incorrectam a leg. quoniam in prioribus, Cod. eod. firmant post Gloss. & antiquiores Menoch. lib. 4. praesumpt. 196. & num. 21. & conf. 106. num. 16. & 20. Petra de fideicom. qu. 15. n. 105. Capyc. Latr. consil. 127. num. 43. cum seqq. Et licet quoad legitimum de jure naturae debitam, utpote loco alimentorum subrogatam, ista propositio suos habeat contradictores, neque videatur in foro recepta, praesertim in Curia, ubi excepta caetula, quae vulgo dicitur Soccini, de qua late Orthobon. decif. 100. aliud vinculum in legitima non admittitur, ut in sua materia sub tit. de legitimis, & de tractionibus; attamen ad effectum, de quo agitur, & in isto, quoque alij dicunt, accidentali, ac à jure exorbitanti legitime augmento, videtur probabilius dictam opinionem esse recipiendam, ducto argumento ab ipsa ratione, quae hujusmodi Statutariam dispositionem subnitit; sed malum seculi nostri fatum exigit quandoque etiam in magnis, ac supremis Tribunalibus ita pragmatico more iudicari.

T U R R I T A N A, PRO JACOBO SANNA, C U M N.

Causa disputata coram A. C. & resoluta pro N.

De successione in dote juxta Constitutiones Cataloniae; & an eodem jure vivatur in Regno Sardiniae.

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series.
2 Transactio non datur in re clara, sed exigit dubium quod dimidietur, dando aliquid hinc inde.
3 Quod non oportet cumulare allegationes in receptis propositionibus.
4 De Statuto Turritano circa successorem in dote.
5 De Constitutione Cataloniae nuncupata de los impuberes.
6 Quod dicta Constitutio sit recepta in Regno Sardiniae.
7 Habens pro se regulam, dicitur habere intentionem fundatam, donec plene probetur limitatio.
8 Doctores aeternis de consuetudine non creditur.
9 Faciunt tamen administratum.

10 Quod eis deferatur in consuetudine uniuersali.
11 De similibus consuetudinibus in Regnis utriusque Siciliae.

D I S C. CVIII.

Dissoluto matrimonio per mortem mulieris superstitis uni filio postmodum defuncto in pupillari aetate, orta est controversia inter dictam mulierem dotantes, ac pupilli defuncti patrem de iure intestatum successorem super successione in dote, sopita per concordiam initam inter dictos dotantes, ac tutores N. filiae secundi matrimonii ac heredis dicti patris inter defuncti; verum nolente dicta pupilla facta maiore praefata concordia acquiescere, introductaque per appellacionem a sententia, vel decreto Ordinarii causa coram A. C. Scribentes pro dicta adrice concordiam impugnant, totamque dictam dotem sibi debitam esse contendente, clare fundatam esse dicebant ejus intentionem in notoria dispositione juris nouissimi, cum quo antiquis omnibus legibus varie disponuntibus in materia instantis successiois passim viuunt, ut cessante aliquo pacto legitime adiecto, matri morienti ab intestato, siue in dote, siue in extradotalibus succedat filius ubi est unicus, ut in praesenti, quodque huius pariter ab intestato morienti, dum cessat concursus fratrum, & sororum ac matris, tota successio debita sit patri superstiti qui successione agnouerat, unde cessabat illa quae circa transmissionem non agnitae successiois cadere solet.

Hinc autem inferabatur ad euidens dictam concordiam in validitatem, quamvis inita esset inter majores, liberam dispositionem facultatem, perfectamque iudicium habentes, quoniam ad essentiam transactionis requiritur dubietas ob qua aliquid hinc inde debeat, ac respectiue remittatur, ita praecedens dubium litis euentum; scens autem ubi agitur de re adeo clara, cum in claris non detur transactio; multo vero magis ubi agitur de transactione pupilli nomine inita per tutorem, cui potestas datur faciendi utilia, & non alias; atque super omnibus dictis propositionibus copiosas retexebant allegationes.

Non negabam Ego scribens pro Jacobo, penes quem iura dotantium consolidata erant, dictarum propositionem veritatem inspecta juris communis dispositione, adeo ut dicerem inane fuisse laborem, inaneque chartarum repletionem, tot allegationes super eis utpote notoriis in tanta copia deducere, nisi dicatur id fieri iuxta currentem abusum ad satisfaciendum ignaro vulgo, ex his collectionibus inutilibus ac superfluis iudicium frequentius efformanti.

Dicebant tamen concordiam pupillae potius utilem fuisse, cum excepta legitima, reliquis beffis bonorum dotalium totus dotalibus debitus esset, non quidem ex dispositione juris communis, sed ex duplici iure municipali; primo scilicet magis particulari, seu locali Statuti Civitatis Turritanae disponentis, ut morientibus filiis ex muliere superstitibus in pupillari aetate, dos excepta legitima redeat ad dotantes, quod tamen Statutum non exhibebatur, sed solum ex hac parte ad illud probandum dabatur aliqua attestations Advocatorum, & Curialium dictae Civitatis; & secundo ob Constitutionem Cataloniam idem disponentem vulgo nuncupatam de los impuberes, de qua caeteris relatis Fontanell. de pact. claus. 7. glof. 1. p. 3. n. 52. & seq. Cancr. variarum p. 1. c. 1. num. 37. & seq.

Quodque in hoc Regno Sardiniae, praesertim vero in hac Turritana Civitate, necnon in illis Caltris, & Algeriis viget etiam dicta Constitutio, aducebam testimonium Quaezade jun. contr. 20. num. 3. ubi in fine supponit etiam dictum Statutum Turritanum, ut etiam attestabatur dicti Advocati, & Curiales.

His non obstantibus, iudex in contrarium sententiavit, procedendo cum generalitatibus, quod scilicet cum intentione actus esset clare fundata in dispositione juris communis, replicatio autem fundata esset in limitatione deducta ex dicto iure municipali, istud in dubio non praesumendum concludenter probandum est, iuxta vulgare axioma, de quo Barbof. axioma. 198. Mantic. decif. 251. Fontanell. de pact. claus. 5. glof. 1. p. 2. numer. 19. & seq.

Quodque dicta probatio non resultaret ex dictis attestationsibus, utpote extrajudicialibus, parte non citata, minusque ex dicta doctrina Quesadae, ex alia propositione quod non deservit attestationsibus DD. de consuetudinibus, & Statutis, ac aliis quae facti sunt, Dec. cons. 285. in fin. & cons. 402. in fin. Mascard. de probat. dec. cons. 528. Mantic. decif. 357. num. 6. Rot. decif. 374. n. 17. & seq. p. 4. recent. tom. 3. ubi etiam esset

12 Quod eis deferatur in consuetudine uniuersali.
13 De similibus consuetudinibus in Regnis utriusque Siciliae.

Doctor versatus in regione, Orthob. decif. 149. numer. 14. & 15. & saepius sequendo decif. 2. & 3. Mohedan. de consuet.

Quamvis autem dictae propositiones generales sint verae, atamen reflectendo etiam ad solam veritatem, credebam, vel iniuste, vel praecipitanter emanasse resolutionem, tum quia cum negari non possit dictas attestations facere vehementer adminiculum, ex deducto per Mascard. ubi supra, numer. 5. Gabr. de probat. conclus. 4. Capp. Lat. cons. ult. 98. numer. 19. concedi debeant litterae remissoriae iam petita ad id formis mihi supponebatur notorium incontestabile, potissimum vero quia non agebatur de aliquo Statuto, vel consuetudine locali, sed de usu uniuersali in hac Insula dictae Constitutionis Cataloniam de los impuberes, ut de hac distinctione inter consuetudinem localem, & generalem habetur per Rotam decif. 193. numer. 13. & 14. p. 6. rec.

Ponderabam quoque pro adminiculo consimiles consuetudines Regnorum, ac respectiue Civitatum existentium sub eadem Corona Aragoniae, sub qua etiam hoc Regnum Sardiniae, ex deducto, sub tit. de praesentium. disc. 29. cum ita videatur adesse quaedam species communiois licet impropria ac remotae, ob quam verisimile est, ut una pars imitetur alterius mores, ut de consimili consuetudine in plerisque Civitatibus, & locis Insulae Siciliae ultra Pharam, Giure, ad consuetud. Meslan. c. 11. glof. 7. & in Civitate Neapulis consimiliter adnotando Nobilium vulgo nuncupata Capuanae, & Nidis, seu More Nobilium, alias alla nuova maniera, de qua supra, disc. 103. ac etiam in plerisque aliis huius Regni Siciliae ultra Pharam Civitatibus, & locis, atque longe post hanc disputationem idem tanquam certum, ac notorium mihi affirmatum fuit per alios doctos, ac veritatos Juris Consultos dicti Regni, dictaque Civitatis Turritanae Urbem accedentes; incertum autem est quid de causa fuerit, cum amplius de illa actum non audierim, vel quia fit concordata, vel quia mutaverit defensores, ut frequenter contingit ex mutatione causa Patroni, quae secum trahere solet mutationem Advocatorum.

BONONIEN. SUCCESSIONIS DOTIS. PRO SEBASTIANO MARIA SCIGHELLO, CUM FRATRIBUS DE BLANCHIS.

Responsum pro veritate.

De Statuto Bononiae super successione filiorum ex diversis matrimoniis in dote materna, an sit in stirpes, & pro numero matrimoniorum, vel potius in capita, & pro numero filiorum, & an siue uno, siue altero modo succedant iure proprio tanquam vocati a Statuto, vel potius tanquam haeredes matris; & aliqua de lucro, quod per idem Statutum viro superstiti defertur.

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series.
2 Recensetur Statutum Bononien. super restitutione dotis, & lucro per virum faciend.
3 Filii ex ultimo matrimonio succedunt tanquam filii in proprietate lucris ex Statuto de lat. viro superstiti, & numer. 5.
4 Ubi Statutum utriusque lucentur, & non verbo succedant, dicitur vocare filios ex persona propria.
5 In quo Statutum altere dispositionem juris communis circa proprietatem, de qua numer. 3.
6 Quid de filiis aliorum matrimoniorum superstitibus ex matre binuba, quomodo succedant in dote, & an mater binuba possit relinquere plus filiis secundi matrimonii quam primi.
7 Expenduntur fundamenta, ex quibus filii non censentur vocati.
8 An circa lucrum Statutarium intret dispositio legis hac edictali.
9 Rubrica satis confert ad intelligentiam legis, seu Statuti.
10 In casu etiam vocationis an operetur licentia, quam mulier dedit patri, vel alter a quo dos procedit.

DISC.

D I S C. CVIII.

CONSTANTINUS de Macinellis, relicta dote librum 20. mil. Mariae Virginie filiae, istam in reliquis bonis haereditate instituit, cum expressa facultate de eis pro arbitrio disponendi inter filios, unam, vel plures gratificando, abique eo quod alii contradicere possent. Nupsit Maria Virginia Sicchello, assignatis in dote omnibus bonis ex paterna, & materna haereditate obventis, sub expressa mentione dictae facultatis in paterno testamento sibi attributae gratificationem exercendi inter filios, atque dissoluto isto matrimonio per mortem viri, superstiti Sebastiano Maria unico filio, convolavit cum eadem dote ad secundo testamento, in eo aequaliter instituit haereditibus universalius septem filiis ex hoc secundo matrimonio superstitibus, dicto alteri filio ex primo matrimonio iure institutionis solum octavam partem reliquit dictae dotis, in qua conpugnare materum iudicium, unde pretendens hic impletis de partibus excitata, meum pro veritate consilium petit.

Dubitandi, seu dictam praetensionem promovendi ratio nem dabit Statutum Bononiae lib. 4. rubr. de restit. dotium, quod constitutum plures casus ad rem non facientes, in §. si vero ex ea, fol. 235. & sequent. disponit, quod si ex ultimo matrimonio nullo superest filii, qui tamen superest tunc ex uno, vel pluribus praecedentibus, vir lucretur tantum dotis partem, quantum importat quodlibet matrimonio viri ratione lucris, quanta illa filiorum cuiuslibet matrimonii respectiue, in stirpes, & non in capita: Et in sequenti §. si vero ex ultimo, fol. 237. disponit, quod si etiam ex ultimo matrimonio superest filii, illi lucretur in proprietate dictum lucrum ut supra viro delatum, quod tali casu fit quoad solum usufructum, & ex quo disponendi modo oriuntur distinctionum filios in stirpes, & non in capita, & an ex persona propria independenter a matre, ita ut ab ista gravari non possint, eisque iudicium impugnetur liceat.

Quod filios ultimi matrimonii in dicta portione per diti successione esse necessarios, quos teneri vocatos extant, pro eorum portione vir lucretur effect, tum quia Statutum dirigit verba in ipsos filios, ac utitur verbo lucretur, non autem verbo succedant, iuxta distinctionem derivantem ex recepta theor. Caltrini in l. si cum dote, n. 11. & Theol. decif. 34. in prin. Merlin. de legitima, lib. 3. tit. 1. qu. 24. n. 17. Adde, ad Gregor. dec. 398. Rota dec. 710. num. 4. p. 1. & 653. numer. 7. par. 2. in Bituntina fideicommissi 28. Junii 1652. coram Albergato, de qua causa habetur actum supra, universa haereditate matris binuba, habetur in Volaterrana sub tit. de success. ac in specie huius Statuti advertitur per Monetenianum eius glossatorem dicto §. si vero ex ultimo matrimonio, littera C. verbo lucretur.

Quod Statutum in hac parte non exorbitat a iure comparationis mulieri morientis, neque aliquid causalit adesset, siue non dicti filii ex ultimo matrimonio, semper extantibus debitum esset viro, qui proinde filii dictam proprietatem auferre deantur tanquam filii, iuxta dispositionem de qua Surd. cons. 164. num. 21. cum seq. Rota dict. decif. 653. num. 5. par. 2. recent. Romana dotis 13. Junii 1663. coram Albergato, quae est in Romana de Sforzia de qua habetur etiam actum hoc tit. disc. 140. atque cum hoc praesupposito in terminis huius Statuti loquitur Ruin. conf. 8. lib. 2.

In eo autem Statutum alterare videtur juris communis dispositionem, quod patens, qui lucrum fecit, ubi non est filius ex eo matrimonio superstitibus, sed non prohibetur in vita de illo (cita fraudem), disponere, ex deductis in allegata Romana dotis de Sforzia, quod attento isto Statuto facere non potest, quod tamen non percutit interesse mulieris morientis, vel aliorum filiorum, sed illud viri eorum patris.

Card. de Luca, Lib. VI.

Quo vero ad aliorum matrimoniorum filios, contra istos probabilis credidi respondendum fore, ut scilicet nullam habeant Statuti vocationem, sed ad limites juris communis veniant tanquam haeredes matris, istius iudicio (ultra legitimum de eodem iure communi debitum) adstricti; quo posito impugnare non poterat filius primi matrimonii maternam dispositionem ad favorem filiorum secundi; licet enim plerique velint, ex ratione, vel dispositione textus in l. hac edictali, C. de secundis nups. non posse materem binubam plus relinquere filiis secundi matrimonii quam primi, ex deductis per Theol. decif. 170. Franch. decif. 435. & late agendo quaestionem ad partes Rovit. decif. 12. Nihilominus contrarium, cessante fraude, quod scilicet disposita ad favorem filiorum secundi matrimonii directam non sint ad commodum, & utilitatem secundi viri, videtur verius ac in foro magis receptum, ex bene deductis per Rovit. dicta decif. 12. qui auctoritates, & rationes expendit, Merlin. de legitima, lib. 4. tit. 2. quast. 3. Gregor. decif. 173. & 443. decif. 406. num. 18. & sequ. par. 9. recent. & in aliis.

Potissimum vero ubi inter filios servata non est magna inaequalitas, ex qua resultare solet suspicio, ut id in fraudem legis ad commodum secundi viri potius gestum dicatur, ex 7 plene deductis per Rotam dicta decif. 406. part. 9. & decif. 305. part. 10. recent. ubi de hac materia, dum in hac facti specie, testamentaria dispositio continetur idem quod ordo intestatae successiois a iure communi praescriptus.

Plura vero suadere observabam, ex quibus videbatur statutum non vocasse filios tanquam filios; Primo nempe quia quando loquitur de illis, non utitur verbo lucretur, prout utitur, quando agit de filiis superstitibus ex ultimo matrimonio in ordine ad portionem lucris viro delatam, unde duplex intrat ratio, una discretiva, quod ubi voluit dicit, &c. Et altera ex recepta propositione, de qua supra sub tit. de succ. praesertim in Fanap. successiois, ubi habentur declarationes 6. Aprilis 1663. 26. Junii 1665. & 26. Junii 1666. coram Alberg. quod sic in statutis a iure communi exorbitantibus non datur extensio de casu ad casum etiam ex identitate rationis.

Secundo ob diversitatem rationis, quoniam ut supra dictum est, quoad filios ultimi matrimonii, nihil statuitur mulieri praedjudiciale, quod disponendi libertatem restringat, cum solum ad limites juris communis auferatur viro proprietates lucris, quam alias si filii non adessent, obineret, & sic arguere non licet de uno casu ad alterum. Tertio quia si talis fuisset statuti intentio, id indeterminatè statuisset, siue mulier decessisset vidua, siue viro superstiti, ac siue esset binuba, siue non, ut videmus in statuto Urbevetano, de quo in Urbevetana fideicommissi super disc. 106. & in causa, de quo in allegata Bituntina disc. 104. in d. Volaterrana, sub tit. de succ. & in aliis.

Et quarto satis clare ob expressam ejusdem statuti dispositionem in §. item dicimus, fol. 248. ubi literaliter habetur, quod mulier possit de bonis dotalibus testari, seu alias disponere, non obstante quod filios habeat ex quocumque matrimonio, dummodo legitima eis releverunt; ideoque filios in dote succedere tanquam haeredes matris, tanquam absolutum frequenter Rota praesupposit, praesertim in Bonon. successiois 3. Martii 1651. coram Cerro, & 5. Maji 1653. coram Meltio decif. 117. & 131. p. 11. recent. & comprobare videtur idem statutum in §. & sic. Ferrinea, fol. 263. ubi agendo de bonis mobilibus, quo viro data sunt in dote, considerantur filii tanquam haeredes matris, non tanquam filii.

Neque credebam aliquis momenti esse, quod statutum in d. §. si vero ex ea, fol. 236. considerat stirpes & matrimonia, quoniam id mysteriosè factum est in gratiam viri, & ad effectum regulandi ejus lucrum, ne istud aliis subiaceret dispositioni text. in d. l. hac Edictali, per quam lucrum, quoties statutum non continet derogationem dictae legi, quamvis in majori quantitate taxatum, moderationem recipit, atque excedere non potest eam portionem, quam detracta prius legitima, quilibet ex filiis praecedentium matrimoniorum obtineret, ut caeteris relatis Boss. de dot. c. 2. ex num. 98. cum seq. cum alii infra, disc. 120. & 131. & in aliis, non inde tamen inferri potest ad successionem iure proprio, siue ad aliam juris communis correctionem, ut tantam portionem obtinere deberet unus filius ex uno matrimonio quantum septem ex altero in concursu inter eos.

Idem quoque suadere videbatur ejusdem statuti rubrica, de qua ostendit statutum intentionem non fuisse solum agendi de dote restitutione per virum faciendae ejusque parte lucretanda, cum hoc solum continetur in rubrica, quam re-

Grè ponderabam esse ad legis, vel statuti intelligentiam ad-
verit in Firmana successione 14. Martii 1664. & fin. cor.
Mar. Bevilacqua, de qua causa habetur actum sub tit. de suc-
cessor.

10 Atque in ordine ad reliquam hereditatem paternam, &
maternam, quamvis in dotem constitutam, satis etiam ob-
stare videbatur, tam licentia tradita per patrem mulieri,
quam etiam eius præservatio in ipsa apoca dotali, licet ista
consideratio non percuteret lib. 20. m. quasidem pater sine
tali facultate pro dote prælegavit, istam verò facultatem
gratificandi magis filios unius quam alterius matrimonii in
proposito attendendam esse habetur apud Marin. resol. 273.
lib. 1.

Ponderabam, quod si darem filios non esse à statuto vo-
catos ex persona propria, sed tanquam hæredes matris, à
qua proinde gravari possent, sequeretur quod melior esset
conditio viri in lucro, quam filiorum primi matrimonii,
dum ille haberet suam quam ad liberam dispositionem, fi-
lii verò cum vinculo, quod minuit, unde haberi dicitur il-
lud minus, sed hoc modum non percutiebat punctum suc-
cedendi etiam jure proprio in filios, in quo erat totus pun-
ctus ex parte patris consilium, dum vir non erat in causa,
atque sola contractus erat inter filios unius, & alterius ma-
trimonii super quoties; ideoque respondi aliquam habere
difficultatem.

MACERATEN. DOTIS
PRO FERDINANDO BUCCOLINO
CUM PERUSINIS.

Causa disputata coram A.C. cum incerto exitu, creditur ta-
men resoluta pro Buccolino.

De statuto Macerateni super modo restituendi do-
tem, an in ea parte, in qua disponit ad favorem
hæredum viri; suffragetur ipsimet viro viventi,
qui dotem restituere debet.

S U M M A R I U M.

- 1 De statuto Macerateni super dotis restitutione.
- 2 Quando intro equitas super dilatazione danda, vel deneganda in dote restitutione.
- 3 Statutum concedens hæredibus viri dilatazione ad restituendam dotem, an suffragetur ipsi viro, de quo non loquitur.
- 4 Quando datur statuti extensio, seu intentio.

D I S C. C I X.

Uxorẽ duxit Ferdinandus Elisabetham Perusinam
cum dote seu. 1500. in diversis terminis, & paghis
promissa, & respectivè soluta, sub conventionem restituti-
onis ad formam statuti Maceratenis, quod l. 2. rubr. 31. tres
casus ad propositum considerat; Primum, ubi viro defun-
cto per ejus extraneos hæredes ipsi mulieri dos restituenda
est; alterum ubi eidem mulieri restituitio faciendã est per
hæredes, qui sint etiam filii; & tertium, ubi per hæredes
extraneos dicta restituitio fieri debet non ipsi mulieri, sed al-
teri personæ, puta dotanti, vel ejusdem mulieris hæredi-
bus, in primo enim casu, se conformando cum jure com-
muni disponit stabilia, & alia consistentia in specie, statim
pecunias verò infra annum, in secundo autem, ut hæredes,
in quibus etiam filialis qualitas concurat, gaudeant eisdem
dilatacionibus, quibus dotans potius est in solvenda dote re-
stituenda eo modo, quo recepta fuit, idemque in tertio,
quamvis per extraneos hæredes restituitio fieri deberet non
ipsi mulieri, sed alteri.

2 Rationabilis autem videtur dicta distinctio, quoniam
ubi restituitio faciendã est ipsi mulieri, æquius videtur juri
communis formam servari debere, neque ipsam adstringi
ad majorem dilatacionem, ob quam impediatur alias nuptias
contrahere, sive interim in statu viduitatis abique dote mi-
serè vivere, quæ æquitas vincit alteram militantem favore
hæredum restituere debentium alteri quam ipsimet mulieri,
quoniam æquum est, ut æqualitas servetur, atque viri be-
redes potentiarum ex dilatazione, qua dotantes potius sunt, &
in qua viri onera matrimonii supportant, ut bene habetur
deduct. in Favent. dotis 6. Februarii 1651. cor. Rojas inter
fias decif. 441. & quæ æquitas bene per statutum admittitur
in casu quo ipsimet mulieri restituitio faciendã est per filios,
quibus extraneis cessant præcedentes consideraciones ma-

10 joris æquitas, dum interim mater cum filiis vivere potest,
neque tali casu reputantur laudabiles secundæ nuptiæ, pro
quarum acceleracione locus esse debeat tanta æquitas, quæ
alteram jam dictam favore hereditatis viri militantem vin-
cat.

Cum autem in hac facti specie matrimonium solum ef-
set per mortem mulieris abique filiis perferite viro, hic pul-
satus ad restituitioem per ejusdem mulieris, vel dotantis hæ-
redes, opponitur de dilatazione per Statutum concessa in ter-
tio casu de quo supra, restituendi scilicet in eisdem terminis,
& modis sub quibus receperat, sed prætendebant actores
Statutum prædictum non suffragari utpote non loquens de
isto casu, quo per ipsummet virum superstitem restituitio faci-
enda esset, ideoque tanquam in casu omisso intrare deberet
dispositio juris communis ex recepta distinctioe, quod in
Statuti utpote odiosis, & à jure exorbitantibus, non datur
extensio de casu ad casum, sed tantum dispositum, quantum
in eis expressè legitur, ex deduct. per Gabr. conf. 18. numer. 48.
& seq. l. 2. Rot. decif. 32. numer. 2. cum seq. & 175. numer. 26. cum seq.
p. 7. rec. & in aliis per scribentes in oppositum super hoc ge-
nerali receptissimo axiomate committatis.

Contra, cum sensu etiam veritatis, dicebam omni-
nò probabilius esse, atque ita credo quod iudicatum fue-
rit, dum amplius de causa tractatum non audivi, ut verifi-
cavit in casu opposito cum recurru ad Signaturam sequen-
tem esset, quoniam licet dictum axioma de non extenden-
dis statutis de casu ad casum regulariter fit verum, etiam con-
currente identitate rationis, atamen id procedit, ubi in eod-
em statuto expressa non est ratio, quæ si magis casui omisso
conveniat, tunc certum videtur intrare extensionem quæ
potius dicitur comprehensio, seu melius enucleatio alterius
casus, qui sub eadem ratione latet, proindeque ratio per sta-
tutum expressa, utpote principaliter in statuendum intentio-
ne habita, præponenda est verbi, eodem modo, quo anima
præstat ut corpori, ut bene ceteris allegat. Alderan. Ma-
cardade Statut. interpret. com. l. 4. numer. 167. ubi numer. 201.
fortissimè id procedere sumat, ubi alius ex stricta intelligentia,
& impedita extensione, seu comprehensione, aliquid irrationa-
bile resultaret; quod etiam in statutis, ubi habent ex-
pressam rationem, datur extensio tanquam species compre-
hensionis, habetur in Reatina successione 15. Februarii 1658.
coram Cello inter fias decif. 248. ac sequens sub tit. de successi-
onibus ubi frequentius quam alibi habetur tractata materia statuto-
rum præcipue in Fanen. successione.

Cum igitur hoc statutum habeat in corpore suam expres-
sam rationem æquitatis, ut dote restituenda sit pro illo tem-
pore, quo sine illa matrimonio onera subsistenda sunt, in uno
tantum casu limitanda, ubi major aliteret æquitas mulier
superstiti, abique dubio ista ratio, si congruit viri defuncti
hæredibus etiam extraneis potius utilis et commoda in com-
pensationem incommodi, quod eorum author sentit, multò
magis ea assistit ipsimet viro, cui à mulieris defunctæ heredi-
bus aliqua major reverentia debetur, ita ut gaudeat beneficio
deductæ ne exeat, & aliis quibus non gaudent hæredes, & qui
proprie ac directè passus est illud incommodum, quod statu-
tum in hæredibus compensare voluit, unde alias esse intel-
lectus omninò iniquus ac irrationabilis, continens verum
injustum.

Quodque verè statutum intellexerit comprehendere etiam
ipsum virum, licet tanquam non multum bene compositum
non exprimat, clarè probari observabam ex illis verbis, Si
vero alteri restituitio fieri deberet, hæredes mariti ejusdem
matri restituitio quibus receperat, &c. observando illud ver-
bum recipere, non verificabile in hæredibus, qui soluto ma-
trimonio dorem adhuc in eadem non exigunt, nec recipi-
unt, unde constat virum ejusque hæredes confundi, ac
pro uno, & eodem capis potius quia rigor super stricta in-
telligentia procedit in correctis, & odiosis, non autem in
favorabilibus, ac rationem, vel æquitatem habentibus, ut in
presenti, ubi æqualitatem servandam, ex deduct. in d. decif.
441. cor. Rojas.

JANUEN. FRUCTUUM.

Responsum pro veritate contra Curiam suppressis
nominibus.

Facto legato certe pecuniarum summæ in causam
legitimæ filiar, vel nepti pro dote, & pro quando
maritabitur, an interim donec nuptiæ sequantur
debeantur fructus, seu usura.

SUM.

S U M M A R I U M.

- 1 Casus controversus.
- 2 De legato pro dote an dicitur purum, vel conditionale, & an tempus matrimonii adjectum sit substantiæ, vel executioni.
- 3 De requisitis ad interesse lucri cessantis.
- 4 Durante dilatazione expressa non debentur usura etiam aliiacite, & absque mora debita.
- 5 De fructibus legitime.
- 6 Quando, & quomodo debeantur usura ex legato pecunie pro dote succedente loco legitime.

D I S C. C X.

Petrus testator Livie ex filio nepti in testamento, pro le-
gitima, ac toto eo, quod ex hereditate avie paternæ
præterdote posset, reliquit scilicet seu petis 50. m. præstandas
de tempore nuptiarum, necnon domum aliquæ bona sub-
jecta fideicommissio, quod deinde in codicillis ademit, quan-
tenus eam morti contingeret post papillarem ætatem, man-
dando ex dicta legitime fructibus d. Livie alimenta præsta-
ri, unde ortum est dubium, an pro dictis fructibus, seu petis
50. m. Livia petere posset fructus, seu interusura à die
mortis testatoris usque ad tempus nuptiarum, quando testa-
tor legatum præstari mandavit; atque desuper pro veritate
consultus respondi ut sequitur.

Super hujusmodi legatis, quæ pro dotibus, & ad nuptia-
rum tempus filibus, vel nepibus fieri solent, intrat questio,
an illa sint pura, vel conditionalia, & an tempus nuptiarum
adjectum sit substantiæ legati, vel potius executioni præstati-
onis, ac effectum conditionationis, & alios, ad quos effe-
ctus attendi solet, an legatum succedat necnè loco legitime,
in primo casu censetur purum, secundo autem conditiona-
le, nisi factis circumstantiis, vel ex latè in materia deduct. per
Merl. l. 2. contr. 43. Mant. de test. l. 11. r. 22. Boss. de dot. c.
7. ex n. 91. cum seq. Fontan. de pact. claus. 6. glof. 3. p. 1. Giovag.
conf. 41. & 42. l. 1. Rota in Bonon. legati 28. Junii 1652. cor.
Verosp. dec. 291. p. 11. rec. atque ad hunc effectum attenditur
qualitas legitime, in cujus causam legatum factum sit.

Verum ad effectum fructuum, sive usurarum, ista inspec-
tio non cadit, quoniam pecunia de sui natura sterilis non
parit fructus, neque apta est producere accessiones, nisi
quoties concurrant requisita ad interesse lucri cessantis, vel
damni emergentis, ad deducta per Cast. in l. 3. ff. de eo quod
certo loco, & de quibus Menoch. de arbitr. casu 119. Masc.
de probat. concl. 933. Vicoct. in concl. verbo interesse, Car-
leval. de iudic. l. 2. lib. 1. disputat. 8. sectio. 1. 2. & 6. Castill.
tom. 2. contr. c. 1. Hodier. contr. 17. Ad den. ad Buratt. dec.
767. Rot. dec. 29. post Merl. de sign. Leotar. de usur. qu. 74. &
sæpè in ipsa materia sub tit. de usur. atque inter hæc requisita
illud est principale ac præcipuum moræ, sine qua saltem ir-
regulari atque à jure subintrata fructus nullatenus dari
potest, unde cum in isto casu hæres nullatenus de mora re-
dargui posset ob dilatacionem sibi à testatore datam, non vi-
debatur agi posse de interesse.

Ad eodẽ verum est, ut accedente dilatazione non possit tra-
ctari de interesse, seu usuris, quod etiam in casibus more ir-
regularis, sive in illis, in quibus abique formali mora fru-
ctus sive usurae debentur, ut contingit in usuris dotalibus
debitis viro in compensationem onerum matrimonii, juxta
terminos text. in c. salubriter, de usur. sive in usuris recom-
pensativis debitibus per emporem venditori rei fructiferae in
restauracionem fructuum, quos percipisset venditor, qui
re & pretio caret, juxta terminos text. in l. curabit, c. de ali-
empri. & quæ usurarum species moram non postulant; at-
tamen si expressa dilatacio accedit, adhuc ille non conveni-
et, & ceteri per Surd. de alim. q. 42. n. 50. Greg. decif. 12. & 13. Surd.
decif. 15. Merlin. de legitim. lib. 2. tit. 1. quest. 1. num. 11. &
sequent. Buratt. & Ad den. decif. 165. quia id procedit in
ea legitime quota, & portione, quæ juri ministerio de-
betur, & pro ea rata fructuum, quos ipsa bona producant,
quia tales fructus non sunt interusura, neque usurae conse-
quende jure creditoris, sed sunt illi fructus, quos jure do-

Card. de Luca, Lib. VI.

mini filius ex ea bonorum rata perciperet, si statim sibi
tradita essent, secus autem ubi hereditas consistit in pecu-
nia, vel aliis bonis & effectibus infructiferis, ut per Orthob.
decif. 81. numer. 5. & seq. in Avenion. pecuniaria 10. Decem-
bris 1646. & 5. Aprilis 1647. cor. Verosp. quarum prima est
decif. 39. p. 10. rec. Melevit. bonorum 10. Maji 1652. Melio
decif. 248. p. 11. rec. & in aliis, & est conclusio verissima, quia
cessat dicta ratio subrogationis interusurae loco fru-
ctuum, quos verè bona hereditaria produxerunt, ut in pro-
posito vitæ militiæ habetur sub tit. de feud. disc. 108.

Ceterum in hoc puncto, decio pendere videtur ex fa-
cto, in quo inspicienda est qualitas bonorum hereditario-
rum, ex quibus huic nepti legitima debita erat, an se effen-
de sui natura fructifera, vel potius in toto, seu in parte con-
sisterent in pecuniis, & mobilibus aliisque bonis infructife-
ris, cum aditam proportionem, & naturam fructus legiti-
mæ regulerentur.

Item dixi inspiciendam esse patrimonii quantitatem, an
se. esset talis, quod dicta summa petiarum 50. m. ac valor alio-
rum bonorum relictorum adæquaret, vel satis notabiliter
excederet, si enim excederet, tunc probabilius illi di-
lationem esse partem pretii, quod scilicet testator majorem sum-
mam sub dicta dilatazione reliquerit in compensationem fru-
ctuum medii temporis, eo modo quo de usuris non debentur
dis ex dilato pretio rei venditæ habentur, cum similibus.

Sed si summa relicta adæquaret, tunc intrat regula de
præstandis fructibus ad normam, & proportionem bono-
rum ut supra, & ad illam rationem, quam ipsorum bono-
rum fructus important, quamvis pater, vel avus loco por-
tionis bonorum pecuniam pro legitima reliquerit, quia
tunc pecunia est pretium bonorum, ideo quia ex ratione
text. in l. curabit, c. de ali. empri, fructus recompen-
sandi debentur, ut in puncto legati dotis loco legitime relicti
in pecunia ad hunc effectum firmate per Rot. in d. Avenion.
pecuniaria 10. Decembris 1646. & 5. Aprilis 1647. cor. Ve-
rosp. & in Melevit. Viridarii 2. Maji 1652. cor. Peuting. &
sic decio pendebat ex facti qualitate, & circumstantiis,
cum non constaret testatorem juri dispositionem voluisse
alterare.

ANNOT. AD DISC. CX.
cum seq. ad Disc. CXXIV.

Agitur in his discursibus de fructibus, vel usuris dotali-
bus, de quibus supra, disc. 3. & infra latius, disc. 160. &
161. & in hoc tit. disc. 196. cum plur. seq. In casu autem de
quo disc. 115. 1. decif. pro avore que sunt impressæ decif. 35.
& 364. p. 15. recent. fuerunt postea ex fundamentis contentis
in hoc disc. revocata cum resolutione ad favorem reorum
sub diebus 4. Junii 1670. & 26. Januarii 1671. coram Emeris,
& forte aliis, atque in hoc statu causa per notabile tempus
silet, istæque posteriores resolutiones pro causæ qualitate,
& ex facti circumstantiis probabiliores videntur.

BONONIEN. FRUCTUUM DOTIS
INTER LUCRETIAM ACCURSIAM
DE BOLOGNETTIS,
Et ejus Filios.

Responsum pro veritate.

De fructibus, seu usuris dotalibus per mulierem so-
luto matrimonio, pro retardata dotis restitu-
tione à viri hæredibus præsentis.
Et an percipiendi fructus, vel alimenta ex bonis
viri in ejus domo, teneantur perceptum imputare
in forem.

S U M M A R I U M.

- 1 Casus controversus.
- 2 De agentibus de fructibus dotalibus mulieri vidue solu-
to matrimonio.
- 3 Excusatio Advocatorum Curie Romana, si articulos
non disputant.
- 4 Distinguantur plures casus circa fructus, seu usuras dota-
les post solutum matrimonium.
- 5 Viri non debentur etiam matrimonii reliquiæ super-
stis.
- 6 De muliere soluto matrimonio petente hos fructus ad-
versus dotantes.
- 7 De eadem agente ad idem contra hæredes viri pro usuria
assequendis.